

Vc
3268

Vc
3268a

F.K. 34

I N
**SUCCINCTA M
DEDUCTIONEM
JURIUM SUCCESSIONIS,
SERENISSIMÆ DOMUI, AC STIRPI
PALATINÆ NEOBURGICO-
SOLISBACENSI**

I N
**DUCATUS
JULIÆ, CLIVIÆ ET MONTIUM,
Comitatus Marchiæ & Ravensbergæ,**

Nec non
Dominium Ravenstein, cæterasque eorundem apperti-
nentias, ac dependentias absque legitima contradicione
competentium,

Manhemii nuper editam,
BRÉVES ANIMADVERSIONES,

Quibus
Ista Deductio non solum solidè refutatur,
Sed &

Jus Successionis, tam in universas Ditiones
comæmoratas post JOHANNIS WILHELMII, ultimi
Principis illarum, absque prole A. MDCIX. defuncti, obitum, quam
in Juliæ & Montium Ducatus, Dominiumque Ravenstein, Masculâ
Serenissimæ Domus Palatino - Neoburgicæ Electoralis
Stirpe extinctâ,

**SERENISSIMÆ ac POTENTISSIMÆ
DOMUI REGIÆ PRUSSICÆ**

Adseritur

JUSTO CHRISTOPHORO DITHMARO,
Juris Nat. & Gent. & Histor. Prof. Publ. Ord.

Francofurti ad Viadrum apud Joh. Godofr. Conradi, 1733.



Benevole Lector.

Dediit non ita pridem Manhemii,
ex Typographia Palatino-Electoralis Aulicae
Meyeriana, Liber sub titulo : LUCII VE-
RONENSIS de Successione in Jura, Ditiones
que Julia, Clivio, Montium, Marchie, Ravens-
berga &c. DISSERTATIO, REFUTATIO,
APOLOGIA & NOTATIO, unde cum SUCCINCTA DEDU-
CTIONE pro Serenissima Domo Palatino-Solisbacensi. Quis sit
Lucius ille Veronensis, certò affirmare haud possumus ; Liber
vero, qui sub conficto illo nomine prodit, ex variis Scriptis,
successivè editis, compositus est. Cum enim Annò 1638. à
quodam Anonymo edita esset CENTURIA Juris Electoralis
Brandenburgici, sive Kürze deutliche und wahrhaftige Deduction-
und Demonstration-Schrift/ in C. Articulen versasset/ daß die
Clevisch & und Jülichische Lande dem Churfürstlichen Hause
Brandenburg alleine zugehören von Rechts wegen ; Ei non lo-
lum ANTI-CENTURIA Juris Palatino-Neoburgici in Ducatibus
Julia, Clivio, & Montium ab Anonymo Annò 1646. opposita,
sed & à larvato Lucio Veronenfi DISSERTATIO aduersus
eandem Centuriam publicata fuit. Quum vero eodem adhuc
Annò Dissertationis illius REFUTATIO ab Auctore Anonymo
edita esset, Lucii Veronensis, quem se vocat, Hyperaspistes
APOLOGIAM ejus Dissertationis Annò 1652. scripsit. Post-
quam dein LIBER TRIUMPHALIS pro Serenissima Domo
Brandenburgica Berolini impressus prodit, Auctor item inco-
gnitus Lucii Veronensis DISSERTATIONEM, REFUTATIO-
NEM & APOLOGIAM, unà cum NOTATIONE sua in Li-
brum illum Triumphalem, ut & MANTISSA DIPLOMATUM,
edidit. Hic itaque Liber est, qui denuò nunc impressus, atque
SUCCINCTA DEDUCTIONE pro Serenissima Domo Palatino-
Solisbacensi auctus fuit. Quod vero ad Lucii Veronensis Differ-
tationem, & reliqua pro Domo Palatino-Neoburgica hōc Li-
bro comprehensa Scripta attinet, eādem singulorum Auctores
chordā oberrant, atque Serenissima Domus Palatino-Neobur-
gicae prae Serenissima Domo Regio-Prussica in Ditiones Clivo-
Julia.

Juliacenses prætensum Jus, tām ex earundem qualitate Feudali
Masculina, quām Imperatorum, Maximiliani I. & Caroli V.
Privilegiis propugnare contendunt. Idem quoque facit Au-
tor succinctæ illius Deductionis, nisi quod Fœminis etiam
Principibus Serenissimæ Domus Palatino - Neoburgicæ Electo-
ralis Jus peculiare ex Transactione, inter illam, & Serenissimam
Domum Brandenburgicam Annō 1666. facta, eruere, eaque
de causa, Masculis Domus Palatino - Neoburgicæ Electoralis
Hæreditibus extinctis, Jus Successionis in Ducatus Juliae & Mon-
tium. &c. non solum Domus Palatino-Solisbicensis Masculis,
sed & Fœminis Principibus ex Elisabetha Augusta, Principe Pa-
latino - Neoburgica, suscepitis, adferere studeat. Quām verò
nullis utrumque argumentis idoneis fiat, brevibus in succin-
ctam illam Deductionem *Animadversionibus* ostendere, & quæ
in Annotationibus ad W. TESCHENMACHERI *Annales Cli-
via, Julia Sc.* ea de re paucis olim diximus, pluribus nunc ex-
ponere & confirmare, animus atque scopus est. Non Bro-
cardicis Juris Communis, vel Feudalis Longobardici, vel Civilis
egimus, sed tām ex communi Feudorum totius Galliæ Belgicæ,
quām propria Successionis in Ditionibus Clivo-Juliacenibus
Indole & Consuetudine pariter, ac antiquis Investiturarum For-
mulis & Pactis omnia adstruere studuimus; Quō verò id suc-
cessu à nobis factum sit, æquo Lectori dijudicandum relin-
quimus.

SUC.





SUCCINCTA DEDUCTIO PRO SERENISSIMA DOMO PALATINO-SOLISBACensi.

Cilibet rerum publicarum experto non minùs constat, quām ex apposito Schemate (a) Genealogico perspicuē elucescit, utramque Domum Palatinam, Wolfgango - Wilhelmino - Neoburgicam, modò Electoralem, & Serenissimam Domum Palatino - Neoburgico - Solisbacensem ab uno, eodemque utrinque communi Stipite, Serenissimo nimirūm Philippo Ludovico, Comite Palatino Rheni, Duce Neoburgico, ejusque Serenissima Conjuge, Anna, Wilhelmi, Juliæ, Cliviæ & Montium Ducis, Filia, atque adeò moderni Serenissimi Domini Electoris Palatini, Ducisque Theodori Solisbacensis Abavo & Abavia descendere, & originem trahere; Proinde evidenter & naturaliter (b) sequitur, quod extinctâ Linéâ Palatinâ Wolf-

A

Wolf-

ANIMADVERSIONES.

(a) Quod in adposita Tabula, ut certorum quoque Competitorum in commemoratas, connexasque Ditiones Jura atque Successionum Casus tantò facilius intelligentur, paulò pleniùs exhibuimus,

(b) Etsi confiter, utramque Serenissimam Domum Palatino-Wilhelmino-Neoburgicam, modò Electoralem, atque Neoburgico - Solisbacensem, à communi Stipite, Philippo Ludovico, Duce Neoburgico, hujusque Conju-

Wolfgango - Wilhelmino - Neoburgicá Masculiná, Domui Palatinæ Neoburgico-Solisbacensi, secundo-genitæ & proximæ, non minùs in Electoratu Palatinatus & Ducatu Neoburgico, quām cæteris quoque Juliæ, Cliviæ & Montium Ducatibus, omnibusque Ditionibus cō pertinentibus absque ulla contradictione succedere fas sit.

Attamen, cum ob jam memoratam Successionem Julio-Clivensem sub prioris Seculi initium Serenissimas inter Domos, Saxoniam & Brädenburgicam, & Palatino-Neoburgicam, contentiones (c) qua-

ge Anna, Wilhelmi, Ducis Juliæ, Cliviæ & Montium, Filia descendere, eaque propter, extinctis prioris Domus Masculis, tām Electoratus Palatinus, quām Ducatus Neoburgicus ad posteriorem Domum devolvantur; Idem tamen, quod ad Juliæ & Montium Ducatus attineret, dici nequit. Nullò epim adhuc, ut postea ostendetur, commemorata Anna, communis Scipitis sui, Jure Wolfgangus Wilhelmus, ejusque Posteri Masculi in Juliæ & Montium Ducatus, Dominumque Ravensteinense succederunt, sed à Serenissima Domino Brandenburgica, nunc Regio-Prussica, in earundem Ditionum Compositionem specialibus Pactis recepti fuerunt, quibus verò cum Domus Palatino-Solisbacensi, fatente Deductionis hujus Autore, fuerit excludita, sūa sponte, arque sole meridianō clariss inde sequitur, fas non est, ut, extinctis Lineæ Palatino-Neoburgicæ, modò Electoralis, Masculis, Domus Palatino-Solisbacensi in Juliæ & Montium Ducatus succedat.

(c) Johanne, nempè Wilhelmo, ultimò Cliviæ, Juliæ & Montium Duce, ut & Marca & Ravensberge Comite, Dominóque in Ravenstein A. 1609. absque relicta prole defuncto, Jus Successionis in illis Ditionibus inter Competitores alios commemoratione Serenissimæ Domus prætenderunt, & quidem Serenissima Domus Saxonica

utriusque Lineæ in Juliæ, Montiumque Ducatus, vi Expectativæ, in casum extintorum Masculorum Hæredum, à FRIDERICO III. Imperatore sibi concessæ, & à MAXIMILIANO I. confirmatae; Ernestinæ verò Lineæ Principes in Ditiones à Johanne Wilhelmo relicta universas, ex Pactis dotalibus, inter Johannem Fridecum, Electorem Saxonie, & Sybillam, Johannis III. Ducis Cliviæ &c. Filiam, Annò 1526. eā ratione, ut, Masculi Hæredibus dictarum Ditionum extinctis, illorum Posteri succederent, initis, atque à CAROLO V. Annò 1544. confirmatione.

Serenissima Domus Palatino Neoburgica tum, quòd omnes illæ Ditiones Feuda sunt Masculina, tām ex Privilio CAROLI V. quòd dēmum Wilhelmi, Cliviæ &c. Ducis, Filia superstites, earumque Hæredes Masculi Successionis in illis Regionibus capaces facti fuerint, atque ideo Anna, Filia ejus natu minoris, ejusque Filio Wolfgango Wilhelmo illa competierint. Serenissima verò Domus Brandenburgica, nunc Regio-Prussica, Ditiones easdem omni tempore Feuda promiscua, atque Jure Primogeniturae jam dudum in illis recepta, ac per unionem earundem, Annis 1417. & 1496. factam, confirmatam, in Johannis Wilhelmi, ultimi Ducis Sororem natu maximam, Mariam Eleonoram, ejusque Filiam Annam, Johannis Sigismundi, Electoris Branden-

quædam exorta sint, particulares vero Brandenburgicam inter & Palatino-Neoburgicam Domos enatae, Annō 1666. mediante & subsecutâ inter Electorem Brandenburgicum, Fridericum Wilhelnum, & Ducem Neoburgicum, Philippum Wilhelnum, atque ab Imperatore LEOPOLDO, Gloriosissimæ Memoriae, A. 1678. confirmata; ita dictâ transactione hæreditariâ amicabiliter quidem, attamen sine interventu, aut consensu Serenissimæ Domus Palatino-Solisbacensis penitus composita fuerint; Hinc non defunt quidam sinistrè informati, Domum Electoralem Brandenburgicam, modò Regio-Borussicam, deficiente modernâ Linâ Masculinâ Palatino-Neoburgicâ, prædictam Juliae & Montium Successionem Jure prætendere, & sibi afferere posse, existimantes. Suam hanc opinionem in eo fundare velle videntur, quod præmemorata transactio hæreditaria inter Domos, Brandenburgicam & Palatino - Neoburgicam, modò Electoralem, solummodo erëcta sit, atque exinde contendunt, Domum Electoralem Brandenburgicam, exstinctâ modernâ Linâ Masculinâ Electorali Palatino-Neoburgicâ, utpote cùm qua sola mentionata transactio inita est, in prætena Jura anteriora (d) regredi, ac proindè Ditionum, quæ modernæ Domui Electorali Palatino - Neoburgicæ reliæta fuit, possessionem apprehendere (e) posse.

Hæc opinio, licet valde speciosa, (f) & plausibilis iis videatur,

A 2 qui-

burghenis, Conjugem, corumque Descendentes devolutas fuisse, summo non solum Jure contendit, sed & Possessionem illarum Regionum, sola apprehendit, temporum vero injuriâ coacta Wolfgangum Wilhelnum, hujusque Posteros Masculos variis Paetis, in primis Düsseldorfii Annō 1666. initis, in Compossessionem earundem Ditionum recepit.

(d) Summò id Jure fieret. Quum enim dicta transactio cum Domo Palatino-Neoburgica solum sit inita, atque in ejus Masculos tantum, ne postea ostenderetur, se extendat, sùa inde sponte consequitur, Masculis ejus Domus Hæredibus extintis, controversiam illam ad statum, quo initio fuit, redigi, atque Possessionem Ducatum Juliae & Montium ad solam rursus Domum Regio-Prussicam redire.

(e) Imò juxta ea, quæ in præcedenti Animadversione dicta sunt, Masculis Palatino-Neoburgicis extintis, non agetur de Possessione Juliae & Montium Ducatum, à Serenissima Domo Brandenburgensi primùm apprehendenda, sed retinenda, quippe cum Possessione olim apprehensa nunquam fæ abdicaverit, sed eandem vi Compossessionis, perpetuâ Ditionum unione, titulis, atque multorum Jurium communi cum Domo Palatino-Neoburgica exercitiō, sine ulla interruptione, atque realiter continuaverit.

(f) Imò opinionem illam non speciosam tantum esse, sed optimò nisi Juris fundamento, argumenta vero, quæ ab Auctore in contrarium adducuntur, nullò, vel Fæcti, vel Juris idoneo fundamento inniti, ex tenuentibus liquido constabit.

quibus hujus rei, seu causæ status, ejusdemque circumstantiarum genuina & exæcta deficit notitia; Attamen, quæ fragili nitatur Juris fundamentò, perspicet is, qui nullatenus ignorat, Ducatus Julieæ, Cliviæ & Montium, unà cùm Terris eò pertinentibus, semper tanquam Feuda (g) Masculina Romanorum Imperatori, quæ Supremo Imperii

(g) Ducatus Cliviæ, Julieæ, Montium &c. Feuda esse Masculina, neque Feminas in illis unquam successisse, nisi ad id speciali Imperatorum Privilégio habilitate fuerint, oppidò falsum est. Etsi enim Jure Feudali Longobardicò omnia Feuda Masculina sint, atque MAXIMILIANI demùn, & CAROLI V. Imperatorum, Privilégii Feminae ad Successionem in memoratis Dictionibus certò modò habilitate dicantur, Dictiones tamen easdem unà cum ceteris Gallia Belgica Regionibus Jure Francicò, atque perpetuâ Consuetudine non minùs, ac, juxâ antiquas Investiturarum, Formulas, aliasque Circumstantias, Feuda semper promissa fuisse, certissimum est, idque testantur probati Autores;

JOH. SCHILTERUS, qui in Dissertatione de Feudis Juri Francicis §. 16. gravis, ait, effet error putantis, omnia Feuda ad Germaniam, sive Regnum, sive Imperium pertinentia, esse Feuda Germanici, sive Longobardici Juri, etiam si ad id non amplius pertineant. Certe in Helvetia, Burgundia, BELGIO, que quondam Imperii Germanici fuerunt, plura sunt Feuda Juri Francicis, quam naturam iam tunc olim obtinuerunt, & adhuc retinent, id quod in causis decidendi imprimis est observandum Juri-Consulto.

FRIDER. à SANDE, qui in Prefatione ad Consuetudines Geldrie, ceterum, inquit, si usquam alias, in Feudis maxime Mores, seu Consuetudines variant, unde etiam Geldri suas in his Consuetudines babuere peculiares, à Moribus Longobardicis multum diffe-

rentes, ut forum nostrum ingressaris frequenter sint dedicenda, qua in Scholis ex illa Longobardici Juris farragine didicerunt.

P. CHRISTINÆUS Decis. Curiæ Belgice vol. IV. Decis. 102. differentia inter Jus Longobardicum & Francicum ostensa, §. 78. pro decisione, pergit, Caſarum Feudalium in defētū, vel ſubſidium noſtrarum (Belgicarum) Confuetudinum non eſt recurſendum ad uſus Feudorum, compilatos per Obertum; & §. 81. Inutiles ſunt allegationes, deſimte tām ex fragmentis Ardiſo, quām ex diſtinctionibus Feudisſicorum, an Pater refutaverit omnino, aut in rem; quod illa tantum ſunt decisiones & diſtinctions Docto-rum tractantium de Feudis Longobar-dorum, & in terminis illius Juris, que non poſſunt trahi in consequentiam, ut vim Legis habeant in bice (Belgicis) Regionibus.

IDEM AUCTOR Leg. Municip. Mechlin. p. 317. de Consuetudine, ait, noſtra (Belgica) Famine non ſunt inabiles, nec incapacē ſuccedunt, ſed aquæ in illis, ſicut in ceteris Patrimoniis, ſrè Paganis ſuccedunt. Ut & de Consuetudine Feud. Decisione 34. Etiamſi Famine & ex Faminis deſcen-dentes ex Feudisſico Longobardorum Jure ſuccedunt, non ſunt incapa-ces, niſi hoc cau-tum ſit, ut ſuccedant. Nam eontrā Brabantia, Geldria, Flandria, ac penè totius Belgii univerſa Regula, Famine in Feudis Successionis habentur capaces, niſi nominatim Successionis Lege, aut ſpeciali Consuetudine Masculi videntur. Que Regula non tantum in Feudis minori-bus ac privatorum obtinet, ſed etiam in

perii Capiti, Fidelitatis nexus adstricta, habitos & consideratos fuisse,
B in

*in principalibus Ditionibus, ut videre
licet in Historiis Brabantia, Geldria,
Luxemburgi, Flandria, Hannonie, alia-
rumq; Provinciarum hujus Belgii.*

Ipse MAXIMILIANUS I. Imperator in Deductione Jurium Marie Burgundice, apud Leibnitium in Mansilla Cod. dipl. p. 27. item que, sit, es parties de Gaule hors des metes du Royaume de France, comme sont les Duchez, Comtes, Baronies, Caſſellenies, Paires & autres Fiefs, deca le Rhin, que lon dit de partie Gallie Belgique, comme les Duchez de Brabant, Limbourg, Luxenbourg, Cleves, Gueldres, Juilliers, Lorraine, les Monts, la Comté de Flandres en Partie, affavor Allof, & Thenremonde, les Comtes de Namur & de Hainault, la Marque de Zutphen, Hollande, Zeeland &c. sans quelque difficulté; iceux & tous autres Fiefs & Dignitez ont succédé, & succèdent sur Filles, & de ce sont advenus les cas tans de fois sans nombre.

Exempla quoque Successionis Foeminae in omnibus Galliae Belgicae ac vicinis Ditionibus illam Conſuetudinem comprobant, atque penitus evincunt. In Comitatu enim Hollandie post Theodoricu VII. obiitum ejus Filia Ada, atque Johanne I. defuncta, esti ALBERTU I. Imperator illum Comitatuum, tanquam Feudum Imperio apertum, vindicare vellet, Johannes II. Hannonie Comes, Jure Matris Adelheidis, ejusque Posteris Masculis extinctis, cum Wilhelmo IV. hujus Soror Margaretha, Ludovici Imperatoris Coniux, atque tandem Jacoba, quicquid Johannes ejus Patrius relikt Episcopatu Leodiensi moliretur, succèderunt. WILH. HEDA de Epſc. Ultraject. p. 281.
JOH. GERB. à Leidis in Chr. lib. 20. 26. HENICUS, Monachus Rebdorfensis,

qui de tertio caſu A. 1347. in cuius, ſcribit, (Wilhelmi IV.) locum ſuccedit prediſti Soror, tanquam Proximior & Senior inter Sorores, videlicet Regiam Angliae & Comitissam, vel Marchionifam Juliensem. Juniores, nulluna verò Fratrem, propter quod de Conſuetudine Patrie Terram Hollandie, & Terras alias ſicut Frater obtinuit. ANT. MATTH. in Not. ad Chr. Egmond. p. 227. ibique DIPL. Imperat. Ludovici Bav.

In Ducatu Brabantie, Ottono 1008. defuncto, ejus Soror Gerberga, Lamberti Longicilli Uxor: dein, Johanne III. mortuō, ejus Filia natu maxima Joanna, poſthabitus Agnatis, Haſſia Landgravis, & cum hac fine prole An. 1406. decederet, ejus Sororis Secundogenita Margaretha Posteri, Duces Burgundie, ſuccèderunt.

HARÆUS Annal. Brab. T. I. p. 328.
MAGNUM CHRON. BELGIC. p. 309.

JOH. GERB. à LEIDIS. Lib. 28.
30. 32.

In Ducatu Geldrie, Wihardio III A. 1061. mortuō, ejus Filia Adelheidis, Uxor Ottonis, Comitis Naslavii, atque horum Posteris, com Eduardo anno 1371. extinctis, hujus Soror Maria, Wilhelmi VIII. Duci Julia Coniux, corumque duobus Filii, Wilhelmo & Reinoldo, defunctis, Johanna Filia Posteri, Agnatis poſthabitus, ſuccèderunt.

TESCHENMACH. Annal. Cliv. p. 497. & 502.

PONTANUS Hif. Geldrie Lib. 6.

9. 11. 12.

In Comitatu Flandrie, Roberto A. 1119. defuncto, ejus Sororis Adela Filius, Carolus, atque Wilhelmo, Flandrie Comite A. 1128. mortuō, Gertrudis, Adelæ Sororis, Filius, Theodoricus

in quibus Fœminæ nunquam successerunt, neque aliquo Successionis
Jure

Alsatius dictus; Cujus Filiò Philippo Annò 1191. defunctò, hujus Soror. *Margaretha*, Baldvini IV. Conjux, mortuorum eorum Filiò, Balduino V. hujus Filia natu maxima, *Johanna*, atque hæc defuncta, ejus Soror *Margaretha*, ejusque Posteris Masculis cum Ludovico III. Annò 1368. extinctis, hujus Filia *Margaretha* successit, atque Comitatum Flandriæ cum aliis Dictionibus, Philippo Audaci, Duci Burgundiaæ, in dotem attulit.

MEYERUS *Annal. Flandr. Lib. 4.*

5. 7. 8. 9.

OLIVARIUS *VREDIUS in Sigill.*

Comit. Flandriae, p. 10. 16. 22. 28.

& Genealog. Comitum Flandriae

Tab. 3. 5. 6. &c.

In Comitatu Hannonia, Regineriò Annò 1029. defunctò, ejus Filia *Richilda* successit, atque Comitatum Hannoniaæ Balduino VI. Comiti Flandriæ, in dotem attulit.

MEYERUS *Lib. 2. & 3. OLIVAR.*

VREDIUS in Genealogia Comit.

Flandrie Tab. 2.

In Comitatu Luxemburgensi, post Conradii II. obitum ejus Soror *Hermannifindis*, Conjux Godofredi, C. Namurensis, successit, quorum Filius & Successor, Henricus Coccus, quem, nullos ex priori Matrimonio Liberos habet, Comitatum Namureensem Sorori *Adelheidis*, Balduini IV. Comitis Hannoniaæ Conjugi, in dotem dedit, postquam vero ex altero Matrimonio Filiam *Ermefindim* natus esset, Conjugem Theobaldi C. Barrensis, illi, tanquam legitimam Hæredi, Comitatum Namureensem reddi voluit, bellisque ea de causa inter Theobaldum & Balduinum orto, ita tandem hæc controversia composta fuit, ut Theobaldi Conjux di-

midiam partem illius Comitatū, atque certam pecunia Summam singulis Annis obtinuerit. Comitatum quoque Luxemburgensem Theobaldus, quicquid FRIDERICUS I. Imper. in contrarium egerit, Conjugi sue vindicavit, qua posteriori Matrimonio Walramo, C. Limburgensi, eum in dotem attulit, è cuius Posteris, cum SIGISMUNDUS Imperator Ducatum Luxemburgensem vendidisset, ejus ex Filia Elisabetha neptes illum merito vindicare voluerunt, sed accepta pecunia Summā tandem accipiuerunt.

OLIVARIUS *VREDIUS in probat Ge-*

neal. Flandr. P. 1. p. 26.

TESCHENMACHERUS *Annal.*

Cliv. p. 455.

DU-CHENIUS *Histoire de Luxembourg.*

in probat. p. 44.

PONT. HEUTERUS *Rev. Burg.*

Lib. 4.

In Ducatu quoque Lotharingie Fœminæ Successionem jam olim receperat fuisse, tam ex Friderici III. Ducis Lotharingiae Liceris apud Hier. Vignierum *Hist. General. de la Maison de Lorraine in Probationibus p. 149.* quam Ordinum Provincialium ejus temporis decreto appetat, quod juxta eundem Autorem Nobiles & Vafallii Ducatus Lotharingia publici protestati sunt, Jus esse & Consuetudinem in Ducatu Lotharingiae à tempore, cuius non extat memoria, haec tenuis observatum, ut, quoties Filium Primo-genitum Ducis Lotharingia, qui pro tempore fuit, mori contigerit ante patrem, relictis Liberis legitimis Masculis, vel Feminis, uno, vel pluribus, illi, vel illæ in Ducatu Lotharingiae per omnibus aliis ipsius Ducis Hæredibus debent succedere loco Patris. Atque ad hanc Fœminæ Successionis Con-

Jure gaudere poterant, nisi ad id ab Imperatore, quā Supremo Imperio
B 2 rii

sueruditinem, cum post Caroli I. Ducis obitum de Successione in Ducatum Lotharingiae inter Isabellam ejus Filiam, Generumque Renatum Angevensem, & Antonium Vaudemontium controversia orta esset, iidem Ordines provocarunt, hoc apud Audorem citatum decretum: *Nous considerans pour verité la Coutume Generale Ancienne de Lorraine, & la tenans être telle par nos Predeceiseurs, & nous mesme la tenans telle que toutes & quantes fois il est advenu, au tems passé, que aucun des Ducs de Lorraine est allé de vie à tres paislement sans delaissier hoir masle apres luy, né & procuré de son cors en loyal Mariage, que toujours ice les FILLES luy ayant succédé, & doivent succéder, comme des vrayes heretieres du dit Duché, Principauté & Seigneurie de Lorraine sans aucun contredit &c.*

Comitatus *Nanuicensis* Balduini, cuius in precedentibus mentio facta. Posterioris Masculis cum Balduino V. extinctis, in hujus Filias, *Johannam* primū, ac dein *Margaretham* devolutus fuit, hujus verò Descendentibus Masculis deficientibus, *Margaretha Malana* illum ad Maritum suum, *Philippum Audacem*, Ducem Burgundiae, attulit.

BALDUINUS AVENN. in *Chr. Hannon. Cap. 18. OLIV. VREED.* in *Genealog. Comit. Fland. Tab. 2.*

De promiscua Successione in *Burgundia*.
OTTO Frising. in *Vita FRIDERICI I. Cap. 29. MOS.* ait, in *Burgundia*, qui penè in omnibus Gallie Provinciis servatur, remansit, quod semper seniori Fratri, ejusque *Liberis*, seu *Maribus*, seu *Feminis* Paterna hereditatis cedat Autoritas. Quod exempla quoque

Successionis Femininæ in *Burgundia* Dictionibus comprobant. Regnum enim *Burgundia* Rudolphus III. Sororis suæ natu minimæ *Gisela* Filio *HENRICO II.* Imperatori primum destinaverat, sed mox promissi eum pœnituit, utrōque verò absque prole mortuō, Odo, *Dux Campaniae*, Uxor isuæ, *Berthe*, Sororis Rudolphi natu maximæ Jure illud vindicare meritò contendit, cui verò *CONRADUS II.* Imperator Uxor isuæ *Gisèle*, Neptis Rudolphi, ex altera Sorore se opposuit, controversia tandem morte Odonis finita.

WIPPO in *Vita Conradi*. In Comitatu *Burgundia*, Rainoldi Filia *Beatrix*, *FRIDERICI* Imper. Coniux, t. que dein ejus ex Filio Ottone Neptis *Beatrix*, huic que Filio Ottone nō orruō, *Filia Alisa*, poste que Ottonis IV. Filia natu major *Johanna*, Uxor *Eudonis*, *D. Burgundiae*, successio ejusque Posterioris Masculis extinctis, natu minoris *Margaretha*, ex Filio *Ludovico II. C. Flandriæ*, Neptis *Margaretha* Comitatum illum *Philippo Audaci*, *Duci Burgundiae*, in dotem ac tulit.

MEYER. & OLIV. VREED. l. c. *Ducatus* verò *Burgundia*, plurimaruimus, quas haecenus commemoravimus, Dictionum Hæres facta fuit *Maria*, unica Caroli Audacis Filia, ejusque Matrimonio cum *MAXIMILIANO I.* tot optima Regiones ad Serenissimam Domum *Austriacam* tandem pervenerunt.

Eris ergo, quæ de promiscua Successione in variis Galliæ Belgicæ Regionibus diximus, ad Clivias quoque, *Juliae* & *Montium* *Ducatus*, utpote in Gallia Belgica maximam partem sitos, Jure applicari possint, similem tamen in illis Successionem propria

rii Capite, & Domino Directo, speciali quôdam Privilegiô habilitatæ fuerint.

Non

earum Confuetudo non minùs, quam antiquar. Investiturarum Formulæ, aliaq; Argumenta penitus evincunt, atque extrâ omnem dubitationis aleam ponunt.

Habent enim Ducatus Clivie, Julie & Montium id peculiare, quod in Francia Ripuaria positi sint, cuius Legibus *Cap. 56.* cautum est, ut Fœminæ, extinctis Masculis, in Hæreditates succederent; undè inter alia procul dubio factum, ut promiscua Successio in Principatibus illis quoque introducta fuerit, quam perpetua quoque Consuetudo comprobatur.

Quum enim Johanne, *Clivie Comite*, Annò 368. absque prole defuncto, circa Successionem in *Clivie Comitatu* lis orta esset inter Sororis ejus *Elisabethæ*, & Neptium ex Fratribus ac Prædecessoribus suis, Ottone & Theodorico, *Irmgardis & Margaretha Filios*, quæstio non fuit, an Fœminæ in illo Comitatu succedere possint; sed cuius Descendentes præferri debentur? tandemque *Margaretha*, tanquam Proximioris Filius, Adolphus, Comes Marcanus, successit, propriè que sic Jure, nullâ verò, ut *Lucius Veronensis* fabulatur, Imperatoris Gratia.

ECCARDUS in *Not. ad LL. Ripuarias. FRID. RHETIUS, de Feudis Clivensibus.*

PONTAN. *Histor. Geldr. Lib. 6. 7.* TESCHEMACHER. p. 237. edit. post.

Sunt præterea veteres Investiturarum Formulæ generales, atque Comites, Ducesque Clivenses Ditionibus suis, unâ cum *Heredibus* ac *Successoribus* suis investiti, quibus juxta Consuetudinem promiscua Successionis in illa Regione pariter, ac tota Gallia

Belgica receptam Fœminæ excludi haud possunt.

COD. DIPLOMAT. apud Teſcb.
p. 35. 80. 81.

His accedit, quod Clivie Ducatus, atque Comitatus Marcani, unione ab Adolpho I. Duce, & Ordinibus Annò 1418. facta, atque ab Imperatore confirmata, non solum promiscua, sed & linealis in illis Ditionibus Successio secundum Jus Primogenitura, tam Masculorum, quam Fœminarum, in perpetuo stabilita fuerit.

COD. DIPL. cit. p. 84. 85. 86. 87.

Atque ideo factum, ut *Margaretha*, Adolphi Clivie Duci Filia, cum Alberto, Comiti Hollandie, nuberet, in renunciatione sua Annò 1433. Jus Primogenitura sibi reservaverit, verbis: *Ausgenommen ob unser Lieber Schwäher und Beter und seine Eheliche Sone mit Tod abginge/ da Gott lange vor seyn daß wir obgenante Margarite/ und unser Erben dan an die obgl. Landen/ Stäffen und Schlossern/ Nembten und Güllen/ Gütern/ beweglich und unbeweglich sollen erben und haben/was wir als die Aelteste Tocher und uns Erben billig und van Rechtswegen davon erben und haben sollen und mögen/ getreulich und ohn alles Gefahrde.*

Neque aliter se res habet cum Successione in Ducatum *Juliacensem*. Præterquam enim, quod & ille Ducatus non solum in Gallia Belgica, sed & Francia Ripuaria situs sit, ex variis Allodiis idem compositus est, indeque factum, ut & Successio in illo promiscua semper obtinuerit, quod varia rursus exempla comprobant.

Non aliō enim modō & viā Johannes, Cliviæ Dux, postquam
C Ma-

Johanne enim, Comite Falckenburgensi, An. 1352. sine prole defuncto, CAROLUS IV. Imperator, Comitatu Falckenburgensi, qui Ducatus Julianæ insignis pars est, Johannis Sororem natu maximam Philiporam, atque Wilhelmm, Julianum Ducem, in cuius favorem illa Jure suo cœserat, solemniter investitivit, atque licet idem Imperatore animum suum postea mutaverit, ac Walramum quoque, Philiporam Conflotinum, eodem Comitatu investiret; Quastio tamen non fuit, an Fœminæ in illo succedere possint, sed in Masculi superstites eis præferri debeat?

CHR. BUTKENS. *Tropb. Brab.*

p. 484.

Sed & Reinoldo, Geldria & Julianæ Duce, Annō 1433. mortuo, SIGISMUNDUS Imperator ejus Sororis Johanna ex Filia Maria Nepocem, Arnoldum C. Egmondanum, Matris Avicæ quo fuò Jure utrōque Ducatu investitivit, atque licet is postea Sententiam suam mutaverit, atque Adolphum, Duce Montium, Ducatu Julianæ investiverit, injuriam tamen sibi fieri Arnoldus satis abunde docuit.

PONT. *Hist. Geldria L. 9.*

WILH. HEDA. *de Episc. Ultraj.*
p. 285.

Johannes quoque, Comes Loffensis, Matris suæ Johanna, dicti Reinoldi Amoris, Iure Successionem in Ducatum Julianæ prætendit, neque Adolphus Jus Successionis Fœminarum, in dubium tūm vocavit, sed tantum Johanna Descendentibus se prærendum contendit, tandemque cum Johanne ita transegit, ut ejus Posteri quarā parte Redictum ex Ducatu Julianæ frui debuerint, eandemque Comites Nassavii, utpote à Johannis Filia Maria orti, olim quoque postulaverint.

GROTTI *Consilium Jurid. super iis,*
qua Nassavici in Julianam &
Geldriam sibi competere dicunt.

TESCHEN. pag. 408. 410. 411.

Neque propterēa Wilhelmi, ultimi Ducis Juliacensis, unica Filia Maria aliō, quam promiscua Successionis Jure in Ducatu Julianus succedit, eumq[ue] cum aliis Dictionibus suis ad Joannem III. Duce Cliviæ, attulit. Egregiū quoque illam Successionis rationem confirmant veterum Investiturarum Formulae, utpote de *Hereditibus & Successoribus* sine discriminē sexū concepta, atque ex Consuetudine recepta, omnino explicanda.

COD. DIPL. apud Teschenm.

p. 218. 219. 220.

Eodem denique modō comparatum, est cum Successione in Ducatu Montium. Etsi enim ille Ducatus ad Galiam Belgicam haud pertineat, fuit tamen pars Franciæ Ripuarie, indequæ procul dubio factum, ut Successio promiscua in hoc Ducatu perperu Confuetudine obtinuerit. Quoties enim extincti fuerunt Masculi, toties Fœminas quoque in illo succederunt. Adolpho enim absque prole Mascula A. 1226. defuncto, ejus Filia Cunigardis, Henrici Limburgici Coniux, horumque Posteris Masculis cum Adolpho VII. extintis, hujus Filia Margaretha, Ottonis C. Ravensbergenis Uxor, & denique horum Filia Margaretha in illo Ducatu successerunt, cuius postremæ Conjugiō cum Gerhardo, Juliacensi Principe, Ducatus Montium & Comitatus Ravensbergenis cum Ducatu Julianæ conjuncti, atque tandem in *Mariam* Juliacensem devoluti fuerunt.

G. ECCARDUS in Not. ad LL.

Ripuarias pag. 207.

TESCHENM. p. 434. 444. 469.

Mariam, unicam Wilhelmi, Cliviae & Montium Ducis, Filiam, in Uxorrem duxit, ad hanc Successionem (*b*) aspiravit, neque aliter Annō 1521. super binis hinc Ducatibus solemnem Investituram accepit. Plura (*c*) hujusmodi exempla ex Domo Juliacensi & Clivensi adduci possent, nisi illa ex Historiis & Documentis publicis superabundanter constarent.

Cum igitur Wilhelmus, Cliviae & Montium Dux, Serenissimae suæ Domus Hæres, Mariam Austriacam, Imperatoris FERNANDI I. Filiam, & Imperatoris CAROLI V. Neptem, in Conjugem duceret,

Haud quoque parum promiscuam, hanc Successionem pristinæ Investiturarum Literæ comprobant. Quemadmodum enim Duces Montium, atque Heredes illorum, juxta Consuetudinem Feudalem, Ditionibus suis ab Imperatoribus investiti fuerunt, ita, sub illis Formulis Fœminas pariter ac Masculos juxta Consuetudinem loci comprehendendi, necesse est.

COD. DIPL. cit. p. 221. 222. 234.
Unione denique Ditionum suarum, à Wilhelmo, Cliviae & Montium Duce, ac Comite Ravensbergeni, & Joh. II. Cliviae Duce, & Comite Marcano, Annō 1496. factâ, promissa non solum in illorum Regionibus Successio, sed & Jus Primogeniturae in perpetuum stabilita fuerunt.

COD. DIPL. cit. p. 121.
Quum itaque ex his, quæ diximus, promissa, atque linealis in Ducatis Cliviae & Montium Successio satis, opinor, abundè constet, Feuda ea esse Masculina, atque Fœminas nunquam in illis, nisi ex speciali Gratia, successisse, ab Auctore hujus Deductionis fallò afficitur.

(*b*) Imò Maria in Ducatis Cliviae & Montium jam diù ante receptæ in illis promissa Successionis Jure successit, atque Johanna, Dux Cliviae, cum suis Heredibus, binis hinc Ducatis à CAROLO V. Annō 1521. ita investitus fuit, ut eos pos-

fideret, iisque frueretur, juxta illorum Consuetudinem, vel, ut verbæ se habent: Reichen und verleyhen Ihm die von Römischer Kaiserlicher Macht / wissentlich in Kraft dieses Briefes / zu besitzen / und der zu gebrauchen / und zu genießen alsdann solcher Herzogthum / Fürstenthum / Graffschafft und Herrschaft Lehn / Recht und Herkommens ist.

(*c*) Tria ejusmodi exempla Lucius Veneronensis p. 12. adduxit, Irmgardis videlicet post obitum Patrii Ottonis: Margaretha quoque, defuncto Theodorico Patre, à Successione in Comitatum Cliviz: Johanna denique, Reinoldo defuncto, à Successione in Ducatum Juliensem exclusarum. Ast Irmgardis, ejusque Filii Jus suum prosequi haud neglexerunt, sed accepta pecunia Summâ illi renunciaverunt; Margaretha autem Filius Adolphus, Comes Marcanus, Matris sua, proprieoque Jure, non CAROLI IV. Imperatoris Gratiâ in Comitatu Clivensi tandem succedit. Johanne autem ex Maria Filia Nepon, Arnoldus Egmondanus, Ducatus Cliviae pariter ac Geldria à SIGISMUNDO Imperatore investitus, mutato verò hujus Consilio, injuriam passus fuit, qua de re WILHELMUS Heda de Epis. Ultra. pag. 285. Arnoldus, ait, Dux usque adeo exarst in Bella Trajectanorum, ut

ceret, ad Majorum suorum exemplum recursum ad Altissimè præfatum habuit Imperatorem, Carolum V. & ab eodem Annò 1546. hoc speciale (k) obtinuit Privilegium, vigore cuius, si ex hoc Matrimonio nullos susciperet legitimos Liberos Masculos, aut suscepti sive brevi, sive longo post tempore sine legitimis Liberis Masculis decederent, ejusdem Filiæ ex eodem Thoro suscepit, tunc temporis in viuis existentes, atque, si ex his quoque nulla tunc superstes foret, de-

quamvis jam Maria, prius Reinoldi Ducis, postea Uxor Filii Ducis Montensis, Usufructuaria Comitatus Julianensis decesseret, & jam idem Comitatus devolveretur ad Duxem Geldrie, negligenter arripere Dominium, & Fidem à Principibus exigere, & cum Imperator potentiam Ducis Philippi, cui Arnolodus adserebat, tanquam anbelantis ad Imperium, nimis haberet, vel sollicitam, vel suspectam, investivit Duxem Montensem in Comitatum Julia, quem aetate possidebat: Vide etiam, qua de his Successionum casibus diximus inpreced.

(k) Quod ad hoc Privilegium, quod Serenissima Domus Palacino-Neoburgica præcipue nititur, attinet, aliam in Julia, Clivia & Montium Ducatis, ceterisque Ditionibus Successionis rationem, quam in illis recepta fuerat, CAROLUS V. Imperator istò suo Privilegiò introducere nec poruit, nec voluit. Quum enim, ut supra ostendimus, promissa non solum, sed & linealis Successio, atque Jus Primogeniturae in illis Ditionibus fuerint in usu, Jus indè quasitum Foeminae auferre non potuit Imperator, neque etiam id voluit, quia expressis verbis constituit, ut, Wilhelmi Ducis Postoris Masculis extinctis, Filiæ ejus, earumque legitimi Heredes (Eheliche Leibes-Erben) succedant, Hæredum vero Masculorum tantum postea mentione factâ, Foeminae à Successione

non excluduntur, sed Masculos ejusdem Lineæ illis præferendos esse inuitur. Certè CAROLUM V. Indoli Successionis in Ditionibus Wilhelmi Ducis recepta nihil derogat, tam ex FERDINANDI Confirmatione, ut §. sequenti ostendetur, quam Maria Eleonoræ Magdalena, ipsiusque Anna Paetis dotalibus, quibus Maria Eleonoræ Jus Primogeniturae exprestè reservatum fuit, liquidò appetat. Ita enim in Mariæ Eleonoræ Paetis dotalibus verba, hic pertinentia, se habent. Fürster ist bewilligt und beschlossen/ ob Wir Wilhelm/ Herzog/ und Maria/ Herzogin zu Jülich/ Cleve/ und Berg/ Männliche Erben hinterlassen würden/ die fürtner keine Erben verließen/ alsdann sollen Unsere Fürstenthüne/ Jülich/ Cleve/ Berg/ und Grafschaften/ Markt/ und Ravensberg/ und andere Herrlichkeiten/ samt allen Gütern/ Ein- und Zu- gehörungen/ an und zur fälligen Gerechtigkeiten/ so Wir ansetzo inne haben und besitzen/ und was Wir/ oder Unsere Männliche Erben hinter Uns verlassen würden/ nichts ausgeschlossen/ mit Landen und Leuten/ wie Wir/ oder Unsere Männliche Erben das gebraucht/ oder hätten gebrauchen mögen/ an gedachte Unsere älteste Tochter/ Fräulein Maria Eleonora/ Unsers zukünftigen Eydams Herzog Albrecht

mortuarum legitimi Liberi Masculi, tunc temporis viventes, in saepè nominatis Ducatibus, ab ipso, tanquam Romanorum Imperatore, & Sacro Romano Imperio, Jure Feudi dependentibus Ditionibus, & subditis succedendi Jus haberent, nec non iisdem dicti Ducatus & Ditiones ab Altissimè fato Imperatore, vel Suis in Imperio Successoribus in Feudum concedi deberent.

Paulò

Friedrichs Gemahl / und Ihrer beyder Herzogliche Erben / ob sie die miteinander zeugen würden / Kraft und nach Inhalt darüber hieb vor erlangt / und bestätigten Kayserl. Privilegien kommen / und geerbet seyn / daran sich dann die Landeschaften auch halten sollen. Und da der Fall geschehe / daß beyde unsere geliebte Söhne Carl Friedrich und Johann Wilhelm ohne Leibes - Erben aus diesem Hammerthal verschieden / (welches doch der Allmächtige gnädiglich verhüten wolle) und daß dann obgemeldte Unsere Fürstenthüme und Lande an Unsern geliebten Cydam Herzog Albrecht Friedrichen / und Unsere Aelteste Tochter Maria Eleonora und ihre Erben kommen und fallen würden / wie Wir auch daran seyn / und nicht unterlassen wollen. Unsere Ritterschaft und Land - Stände gnädiges Fleisches zu vermahnen / ihren Consens und Bewilligung / wie sie vermöge der angezogenen Kayserlichen Privilegien zu thun schuldig / auch dazugeben. Et in Pactis dotalibus ejus Sororis tertio - genita Magdalene : Sonst / wosfern die selbe Unsere geliebte ältere Tochter / Frau Maria Eleonora / ohne Ehliche Leibes - Erben / des gleichen Unsere zweyte Tochter / Frau Anna / Pfalzgräfin beym Rhein / ohne Ehliche Leibes - Erben

(da GOTT vor seyn wolle) mit Tode abgeben würde / so soll als dann vielberühmte Unsere Tochter / Fräulein Magdalene / oder ihre Ehliche Leibes - Erben in derselben Unsern beyden Töchtern / oder deren abgestorbenen Ehlichen Leibes - Erben Fußstapfen treten / und alles dasjenige an Land / Leuten / Fahrniß und andern fähig und Erben seyn / allergefallest / als Wir vorgemeldte Frau Maria Eleonora / Herzogin in Preußen / oder Ihre Ehliche Leibes - Erben hätten seyn sollen / oder gewesen wären. In ipsius quoque Annae Pactis dotalibus : Es wäre dann daß Wir Herzog Wilhelm von Jülich / oder Unsere Männliche Leibes - Erben ohne Ehliche Leibes - Erben mit Tode abgeben würden / das der Allmächtige Gott doch gnädiglich verhüten wolle / auf den Fall soll unserer geliebten Tochter / Fräulein Anna / die Anwartung unbekommen / sondern hiemit gänzlich und ausdrücklich vorbehalten seyn / dergestalt / da unsere geliebte ältere Tochter / Frau Maria Eleonora Herzogin / nach tödlichen Abgang unserer Ehlichen Söhne / und Mannes - Erben in unserm Fürstenthum und Landen succidieren würde sc.

COD. DIPL. cit. pag. 191. 194.
197.

Paulo post 1559. Imperator FERDINANDUS I. eidem Duci Wilhelmo, confirmatō (l) priore, aliud præterea Privilegium, favore & vigore cuius antedicti Ducatus & Ditiones Julie, Cliviæ & Montium, nec non Marchiæ & Ravensbergæ in sua posteritate in perpetuum (m) uniti, & inseparabiles permanerent, elargitus est.

Annō 1592. præmemoratus Dux Wilhelmus vitâ defunctus unicum quidem Filium, & Hæredem Masculum, Joannem Wilhelmm, sed quatuor simul Filias supersites reliquit, quarum Primogenita, Maria Eleonora, Alberto Friderico, Duci Borussiæ: Secundogenita, Anna, Philippo Ludovico, Comiti Palatino Rheni, Duci Neoburgi: Tertia, Magdalena, Johanni, Comiti Palatino Rheni, Lineæ Bipontinæ, in Matrimonium elocata fuerunt, Posterosque reliquerunt; Quarta, Sybilla, Marchioni Burgoviæ nupta, improlis decessit. Postquam verò præmemorati Ducis Wilhelmi unicus Filius, Joannes Wilhelmus, Annō 1609. absque prole Mascula decesserat, exsilit (n) causus in Privilegio ab Imperatore CAROLO V. concessio, expressus eō

D

tem-

(l) Ita tamen, ut iste quoque Imperator receptam in dictis Ditionibus Consuetudinem Feudalem tollere, aliamque substituere nec potuerit, nec voluerit, potiusque eandem confirmaverit, exprimâ sanctione, ut Wilhelmus, ejusque Hæredes, tam Feminae, quam Masculi, suis Ditionibus fruerentur, quemadmodum & eundem Ducem, ejusque Hæredes ita investivit, ut easdem Ditiones possiderent, iuxta Consuetudinem, in illis receptam, verbis: zu behalten/ zu besitzen/ und der zu gebrauchen und zu geniessen/ wie solcher Fürstenthümen/ Graffschäften und Herrschaften Lehn- Recht und Herkommen ist.

COD. DIPL. cit. pag. 172. 173.

174. 175.

(m) Unione nimicū, qua ab Avo Wilhelmi Paterno & Materno jani erat facta, denuò confirmatā, ita tamen, ut recepta in Ditionibus unitis Successioni Fœminæ nihil rursus hōc Privilegiō derogatur, sed eadem potius confirmata sit, verbis: confirmare/ bekräftigen und be-

stätigen dieselbe auch von Römischer Kaiserlicher Macht Vollkommenheit hiermit wissentlich in Kraft dieses Briefes / und mezzinen/ setzen und wollen/ daß obbeschriebne Sr. Liebden Fürstenthum und Lande Jülich/ Cleve und Berg/ Marck und Ravensberg/ so lange die Succession Sr. Liebden Erben und Posterität in absteigender Linie währen und vorhanden seyn würden/ zusammen uniret/ und gänzlich bey einander ungefondert und ungetrennet bleiben sollen und mögen.

COD. DIPL. cit. p. 171.

(n) Non tamen eō, quō Auctor hujus Deductionis vult, sed quō in præcedentibus sub Lit. (k.) diximus, Senu fu, videlicet, ut, Wilhelmi Posteris Masculis, Johannis Wilhelmi obitu extintis, Filia tunc, earumque Descendentes in Ditionibus ejus, juxta indolem Successionis linealis in illis obtinenter, nequè à CAROLO V. in suo Privilegio sublatam, succederent.

tempore, quando Dux Wilhelmi Filia primogenita Maria Eleonora (in cuius favorem dictum Privilegium pariter quidem concessum est) priore tamen Annō, nimirum 1608. 13. Maji defuncta erat, reliqua unicā (o) Filiā, quae Johanni Sigismundo, Electori Brandenburgico, Matrimonio juncta fuit.

Inde liquidō dimanat, quod Dux Brandenburgica Prive-
giō Imperatoris Caroli V. ideō (p) nullatenū gaudere possit, ne-
que uti potuerit, quia in primis dicta Filia primogenita, de qua suam
format prætensionem, vel Ius derivat, ante apertam Successionem
jam pridem mortua, (q) adeoque vigore nominati Privilegii Ius ipsi
nunquam in effectu delatum fuit, neque illud ulterius ab eadem
transferri potuit. Deinde nullam post se prolem Masculam imme-
diatē (r) reliquit; econtra haud ignotum est, Dux Wilhelmi Fi-
liam Secundogenitam Annam, Philippi Ludovici, Comitis Palatini
Rheni,

(o) Atque duobus ex illa Nepotibus,
Georgiō Wilhelmo & Joachimō Si-
gismundō, quorum ille Annō 1595.
hic verò 1603. natus fuit.

(p) Neque etiam Serenissima Domus
Regio - Prussica Ius suum in Cliviæ,
Julia, Montium, Marca, Ravens-
berge & Ravensteinii Ditiones ex
Privilegio Carolino, sed ex Indole
Successionis promiscuæ linealis, &
Jure Primogenitura, in illis Ditionib-
us jam diu ante Privilegium Ca-
rolinum receperat, derivat; quod po-
stea etiam integrum mansit, atque
non solum in Mariæ Eleonora, sed
& Sororum ejus Magdalena, atque
ipius Anna Pacificis dotalibus, atque
Renunciationibus factis, ut suprà, sub
Lit. (k) ostendimus, confirmatum
fuit

COD. DIPL. p. 189. 192.

nec vel CAROLI V. vel FERDI-
NANDI I. Privilegia Domui Regio-
Prussica adverfa esse, ibidem sub
Lit. (m) diximus.

(q) Ut Mariæ Eleonora superviveret
Fratri suo Johanni Wilhelmo, nec
ex Carolino Privilegio requiritur,
nec in Successione lineali necesse
est, quia in ejusmodi Successione Ius

succedendi lege transmititur, at-
que sic Defunctorum quoque Liberi
Successionis sunt capaces.

GROTIUS DE J. B. & P. Lib. II.
c. 7. §. 22.

(r) Juxta Successionem linealem in
Ditionibus Clivo - Juliacensibus re-
cepitam periude est, quos Liberos
Maria Eleonora reliquerit, & cum
prole Mascula destituta fuerit, Filia
ejus Anna omnino succedere debuit;
neque Carolinum Privilegium
illi adversum esse Lit. (k) diximus.
Si quoque detur, juxta illud Prive-
ligium, Filiarum superstitem Hære-
des Masculos succedere debuisse,
habuit Mariæ Eleonora Hæredes Ma-
sculos, Georgium Wilhelmmum atque
Joachimum Sigismundum, ex Filia
sua Anna Nepotes. Neque obsta-
ret, Princes illos non fuisse ex Ma-
ria Eleonora immediate suscep-
tos, quia Filiarum nomine Neptes quo-
que sapè intelligi, haud ignotum est;
atque etiam juxta Carolinum Prive-
ligium sufficit, illos Princes aquæ
ac Matrem corum Annam, Johan-
nis Sigismundi Electoris Branden-
burgensis Conjugem, Mariæ Eleo-
noræ legitimos Hæredes fuisse.

Rheni, & Duci Neoburgici Conjugem, quæ non nisi Annô 1632, primo decepsit, ad hanc Successionem vigore dicti Privilegii unicè & primario capacem, qualificatam & habilitatam (s) fuisse, proinde immediate defuncto Fratri, veluti primogenitam tunc in vivis existentem, succedere debuisse, quoniam apertâ successione, uti dictum, illa non modo in vivis, verum trium (t) quoque Principum, nimirum Wolfgangi, Wilhelmi, & Augusti, Comitum Palatinorum Rheni, ac respectivè Domus Palatino-Neoburgica & Solisbacensis Avorum, nec non Johannis Friderici, Comitis Palatini, de quo tamen nulla exstat Posteritas, Mater exstitit.

Proinde Jus clarum & incontestabile (u), in dictis à Fratre suo Johanne Wilhelmo relictis Feudis, ac Terris præ Domo Brandenburgica succedendi eà ratione acquisivit, & possidere debuit, ut ne

D 2 mini-

- (x) Imò nec juxta Indolem Successionis in Ditionibus Wilhelmi receperam, nec vi Carolini Privilegii Annam, Duci Neoburgici Conjugem, ad Successionem qualificatam fuisse, ex iis, quæ diximus, patet.
- (v) Quia verò juxta Carolinum Privilium ex mente Auctoris hujus Deductionis Filibus nullus amplius superficiebus horum Masculi Hæredes succedere debuerunt, casus nondum exsticat, quò Princes illi Successionem in dictis Ditionibus Jure prætendere potuerunt, quippe cum Annae Sorores, Magdalena & Sybilla, adhuc superfuerint.
- (v) Triumphus autem Vistorianus! Quam enim Serenissima Domus Palatino-Neoburgica Argumenta, pro suo in Ditiones à Duci Johanne Wilhelmo relictas prætensò Jure ex qualitate illarum Feudali Masculina, atque Carolino Privilgio desumpta, infirmò atque nullò idoneò fundamento niantur, econtra verò Serenissimam ac Potentissimam Domus Regio-Prussicam in easdem Ditiones Jus, promiscuā atque lineali Successione & Jure Primogenitura, jam dudum in illis receptò, nec non unione carundem facta, Investiturarum pristinarum,

Formulis, Paetisque dotalibus, ipso que Carolinò Privilgiò innixum extra omnem dubitationis aleam, positum sit, æquus Lector ex iis, quæ suprà hanc in rem diximus, facile judicabit. Quom etiam nemini, nisi rerum penitus ignaro, posse esse ignorum, Serenissimam Domum Brandenburgicam solam Ditionum illarum Possessionem apprehendisse, Domum verò Palatino-Neoburgicam in earundem Compositionem postea recepsisse, mirum sanè, quâ fronte dici possit, nullum aliud in dictas Ditiones Domui Brandenburgicas Jus, nisi concessæ, quoad Ducatum Cliviae ac Comitatus Marchie & Ravensbergie, per transactionem de Anno 1666. Compositionis tantùm competere. Ut verò Domus Regio-Prussica optimò, præ Domo Palatino-Neoburgica, in dictas Ditiones universas Jure gaudet, ita quoque adhuc in Ducatum Juliae & Montium reali, ut sub Lit. (e) ostendimus, donec Masculi Palatino-Neoburgici superstites sint, Compositione est, illis verò extintis, earundem Ducatum Possessio ad solam rursum Domum Regio-Prussicam redibit.

minimam quidem earundem separationem, aut divisionem admittere teneretur; consequenter ad oculum patet, quod Domus Brandenburgica nullum aliud, nisi solum Jus Compositionis, quoad Ducatum Cliviæ, ac Comitatū Marchiæ & Ravensbergæ restrictum, ut potè quod eidem vigore sèpè mentionatæ cùm Domo Palatino-Neoburgica inita transactionis de Anno 1666. tantummodo, nequaquam vero ultrà, concessum est, sibi attribuere valeat.

Præterea præviè scitu necessarium est, Domum Brandenburgicam, exortâ post obitum Ducis Johannis Wilhelmi inter binas has Domos litis contestatione, antedictos Ducatus & Terras Feuda esse Fœminina & communia, in quibus Fœminæ Jus succèdendi haberent, contendisse; Domum Palatino-Neoburgicam econtrà illas Ditiones Feuda esse propria Masculina, in quibus Fœminæ non nisi ex speciali Privilégio, easdem ad illum effectum habilitante, succedere valeant, sustinuit (*w*) & demonstravit.

Qua de causa etiam in Domum Palatino-Neoburgicam Confuetudo hæc introducta est, quod intuitu Ducatum ac Terrarum, quæst. tanquam Feudorum Masculinorum, singulæ Filiae Principes ex hac Domo iisdem renuntiare debeant in favorem Masculorum Principum, ac (*x*) nominatim quidem eorum ex Domo Palatino-Solisbacensi, quæ utpotè cum Sanguine Jus quoque Successionis ab Anna, Juliae, Cliviæ & Montium Principe, simul trahens, & tanquam Lineâ secundogenitâ, juxta habilitatum in hac Domo ordinem, nec non virtute Privilégii Carolini, extinctâ Lineâ primogenitâ suæ Domus, & communis Stipitis, (*y*) succedere debet. Quod indubitatum Stemmatis Sanguinis, atque derivatum Successionis Jus ipsamet Domus Brandenburgica absque difficultate agnovit, cum virtute conventio-

nis

(*w*) Ast perperam id asséri, atque Cliviæ, Juliae, Montium, Marchiæ & Ravensbergæ Ditiones non esse Feuda Masculina, nec Filias CAROLI V. Priviligiò ad Successionem in illis primûm habilitatas, sed omni tempore Feuda promiscua Successionis fuisse, suprà *Lit.* (*g*) fatis abunde demonstravimus.

(*x*) Cùm ex fundamento intentionis Domus Palatino-Neoburgica Fœminæ illius Principes à Successione in Ducatus & Terras, de quibus agitur, excludantur, renunciations quoque

illarum superflua sunt, nec Domus Palatino-Solisbacensi ullum Jus dare possunt. Quod enim quis non habet, id in alium transferre non potest.

(*y*) Etsi Domus Palatino Solisbacensis à communi cum Palatino-Neoburgica Electorali Stipite originem suam ducat, ideo tamen, hujus Masculis extintis, nullum illi in Juliae & Montium Ducatus succedendi Jus competere, suprà *Lit.* (*b*) ostendimus.

nis Annō 1624. provisionaliter initæ, quæ tamen non nisi ad Annū 1629. viguit, & subinde unà cum cæteris anterioribus conventionibus provisionalibus per transactionem hæreditariam de Anno 1666. revocata est & sublata, Domui Palatino - Solisbacensi, casu quô Dux Neoburgi, Wolfgangus Wilhelmus, Successione caret, Ducatum Juliæ obvenire (z) consenserit.

Verum, quod ipsam transactionem hæreditariam de Ao. 1666. concernit, nemo diffitebitur, in eadem nullam specialem de Domo Palatino-Solisbacensi fieri mentionem, cum haec transactio inter solas & unicas Domos, Brandenburgicam & Palatino-Wilhelmino-Neoburgicam, pro Sc. Suisque Descendentibus, cum expressa tamen Art. I. inferta protestatione, crecta sit, per illam aliorum Prætendentium Juribus nullò modò derogatum, sed potius omnes corundem actiones semper reservatas & illætas esse velle, ita quidem, ut quilibet impartialis pariter agnoscere cogatur, Domum Palatino-Solisbacensem per hanc transactionem & factum alterius pro formaliter exclusa nullatenus haberi posse, quippe partes transigentes neque voluntatem, neque potestatem suò factò Juribus ceterorum Prætendentium præjudicandi habuerunt, aut sibi arrogare potuerunt, sed potius ejusdem Jura super Successione totali Juliæ, Cliviæ & Montium &c. tanto magis salva & integra conservavisse, quod prænominata Serenissima Domus Solisbacensis sibi eadem vigore solemnis contrà hanc transactionem factæ protestationis ex superabundanti (aa) expressa referaverit.

E Præ-

(z) Quod Serenissima Domus Brandenburgica in Pacis, cum Domo Palatino - Neoburgica Annō 1624. initis, Ducatum Juliacensem, Posterioris Masculis Wolfgangi Wilhelmi extinctis, hujus Fratri Augusto, Conditori Lineæ Palatino - Solisbacensis, ejusque Posterioris Masculis obvenire consenserit, id Pacis studiò, nullò autem adhuc ejus Domus Jure factum fuit, Pacis verò istis sublatiss., non amplius illi prodebet potest.

(aa) Questio non est, an Serenissimæ Domui Palatino - Solisbacensi casu, quem DEUS diutissimè adhuc averrat, juxta ordinem linealis Successionis Jus in universas à Duce Johanne Wilhelmo reliæas Ditiones competat? Quod in dicta transactione ipsi omnino reservatum fuit, sed an, extinctis Domus Palatino -

Neoburgicæ Electoralis Masculis, in Juliæ & Montium Ducatus succedendi Jus habeat? Quod merito negatur. Cum enim Domus Palatino-Neoburgica, nunc Electoralis, sola vigore transactionis de Anno 1666. in Compossessionem illorum-Ducatum à Serenissima Domus Brandenburgica recepta, Domus verò Palatino - Solisbacensis eadē transactio exclusa sit, Jus quoque illa in dictis Terris succedendi inde nullum habet, sed, Masculis Domus Palatino - Neoburgicæ extictis, Ducatus isti ad Serenissimam Domum Regio - Prusiacam redibunt, quippe qua non solum potius in illos Jus habet, sed & in earundem Possessione, legitimè apprehensia, semper mansit.

Prædicta transactio hæreditaria semper, ubi de duabus Partibus compacifcentibus mentio fit, de Domo Brandenburgica & Descendentibus, similiter quoque de Domo Palatino-Wilhelmino-Neoburgica, ejusque Descendentibus absque discrimine sexus loquitur, ita quidem, ut appellatione Descendentium, juxta principia Brandenburgica, omnes utriusque sexus Descendentes, quamdiu aliqui eorum superflites fuerint, ad hanc Successionem vocari (*bb*) videantur. Quarè, sicut Principem Electoralem Elisabetham Augustam, à Philippo Wilhelmo, Avo suo, Duce Neoburgico, in Linea recta Descendentem fuisse, constat, ita candem quoque dictæ transactionis participem (*cc*) esse oportet, cum ob Jura sua particularia (*dd*) quibus hucusque nunquam, neque aliò modò, nisi in favorem Stemmatis Palatino-Solis-

(*bb*) Juxta fundamenta Juris Domus Regio-Prussicæ omnes Mariae Eleonora Descendentes utriusque sexus, ad Successionem in Ditiones Julio-Clevenses vocari non tantum videntur, sed ex præmissa & lineali Successione pariter, ac Jure Primogenitura in illis Regionibus, ut supra ostendimus, receptis, id necessariò sequitur.

(*cc*) Et si respectu Domus Regio-Prussicæ juxta ejus Principia Descendentium nomine utriusque sexus Posteri intelligi debeant, idem tamen de Descendentibus Domus Palatino-Neoburgicæ propter diversa ejus Principia dici nequit. Cum enim illa Domus, Ditiones Clivo-Julianæ Feuda Mæselina esse, atque Ducis Wilhelmi Filias tantum Carolinæ Privilegiò ad Successionem habilitatas, atque idoneas factas fuissent, contendat, de Fœminis suis Principiis, nomine Descendentium in dicta transactione comprehendendis, ne cogitare quidem potuit; Et si quoque vocabulum Descendentium ad Masculos ejus Domus restrictum, non solùm ex transactione, circa-Dominium Ravensteinium Annō 1670. facta, sed et inde patet, quod Domus Palatino-Neoburgicæ Fœminæ Principes in Pactis suis dota-

libus omni in dictos Ducatus Juri renunciare soleant, & ab Imperatore illis nunquam investiti fuerint, idque etiam, juxta Principia Domus Neoburgicæ, absque nova Fœminæ ejus Domus sexus habilitatione, & præjudicio cæterorum Competitorum durante lite fieri haud possit; Eaqué de causa procul dubio factum, ut Serenissima illa Domus Annō 1692. non Principiū Fœminarum, sed tantum Agnatorum suorum simultaneam Investitiram, et si frustra, petierit.

(*dd*) Quæ sint hæc Jura particularia, non capio. Quum enim, juxta Principia Domus Palatino-Neoburgicæ, Fœminæ à Successione in Ditionibus Clivo-Julianis exclusa sint, atque etiam in transactione de Ao. 1666. non comprehendantur, quale Jus particolare Elisabetha Augustæ in Ducatus Julie & Montium competierit, non video; Neque, fortè novum Jus Fœminis Principibus Domus Palatino-Neoburgicæ ex dicta transactione æquisitum esse, existimes, quia ejusmodi Jus Domus Brandenburgica concedere nec voluit, nec sine nova illarum Fœminarum habitatione, & præjudicio cæterorum Competitorum, potuit.

Solisbacensis Masculi, renunciat, neque, subfictum interea illius morte, Principes ejusdem Filia à dicta Successione à quoquaque alio (ee) excludi possunt.

His præmissis, ex parte Domus Brandenburgicæ, seu modo Borussicæ declarandum (ff) foret, an Ducatus quæst. pro Feudis Masculinis, prout id ipsum ex parte Domus Palatino-Neoburgicæ Jure asseritur, an verò, uti Domus Brandenburgica semper contendit, pro Feudis Femininis censendi sint? primò casu demonstratum est, eidem Domui Brandenburgicæ nullam prorsus actionem, seu Jus in integrum hanc Julio-Clivensem Successionem, coquæ pertinentia Feuda competitiss., neque competere, siquidem tenore Privilegii Imperatoris CAROLI V. requisitæ conditions & qualitates illa ex parte (gg) deficiunt; infertur inde, Domum Brandenburgicam, seu Regio-Borussicam Ducatum Cliviæ, unâ cum Comitatibus Marchiæ & Ravensbergæ, non aliter, quam in eorum, quibus verum in illa Jus acquisitum est, præjudicium (hh) possidere. Alterò verò casu, eadem Domus Brandenburgica id ipsum, quod adèò operose pro se fuisse nuit, adversus se ipsam (ii) admittere debebit, & juxta hoc princi-

E 2

pium

(ee) Cùm ex iis, que diximus, Feminis Domus Neoburgicæ nullum in Julia & Montium Ducatis Jus competere, satis evidenter pateat, à Successione quoque in illos merito excluduntur.

(ff) Quemadmodum Domus Palatino-Neoburgicæ, lite ex sua parte in Judicio Imperiali Aulico contestata, causaque ibi deducta, à suis Principiis resilire non poterit, ita Serenissimam Domum Regio - Prussicam, sui fundamenti, in Scriptis publicis expositi, nunquam pornebit. Quam autem infirmo tali principia Neoburgica nitantur, atque è contrario Regio-Prussicum fundamentum invicti sunt argumentis, ex iis, quæ suprà differimus, æquus Lector facile perspiciet.

(gg) Ast causam de Successione in Ditiones Clivo-Juliacenses non ex Privilegio Carolino, sed antiqua illarum indole Feudali decidendas esse, nec istud Privilegium Serenissimi-

mae Domui Regio - Prussica adversari, econtra autem ex parte Domus Palatino-Neoburgicæ conditiones, & qualitates, in illo Privilegio requiritas, desiceré, suprà sub Lit. (t) demonstratum est.

(hh) Optimè Serenissimam Domum Regio-Prussicam Successionis in Ditiones Julio-Clivenses Jure nisi, Domum verò Palatino-Neoburgicam, non nisi Compositionis, donec Masculi ejus supperstites fuerint, JureJulia & Montium Ducatis possidere, satis abundè suprà ostendimus.

(ii) Quemadmodum Serenissime Domus, Regio - Prussica & Palatino-Neoburgicæ, diversis nituntur principiis, ita conclusioles ex alterius principiis neutra sine aperta contradictione suas facere, eaque propter Domus Palatino-Neoburgicæ, cùm Ditiones Clivo - Juliacenses Feudal-Masculina esse contendat, Descendentium nomine in dicta transactio-

pium non minùs, quām literalem tenorem s̄apenominatæ transactio-
nis de Anno 1666. non diffitebitur, tres Principes à Comite Palatina
Elisabetha Augusta descendentes Filias ad Successionem in Ducatis
Julia & Montium, cæterisque Terris appertinentibus habiles (kk) &
qualificatas esse.

Quemadmodum enim utriusque Domūs, Palatino-Neoburgicæ
& Palatino-Solisbacensis, Jura sunt unita, binæque ratione Successio-
nis inter se concordes, ita quoque sequitur, Domum Brandenburgi-
cam, exstinctâ Lineâ Masculinâ Palatino-Neoburgicâ, modò Electo-
rali, ratione dictæ Successionis nullam in Jure fundatam movere posse
controversiam ; Quanquam enim prædicta Princeps è vivis deceperit,
ea tamen tres reliquit Principes Filias, ad quas idem Jus Succes-
sionis in defectu descendantium Masculorum Domūs Palatino-Solis-
bacensis, qui aliundè, juxta Pacta in Domo Palatino-Neoburgica exi-
stentia, (ll) præ sexu Foemineo succedendi Jure gaudent, devolutum
est, ac proindè Domus Brandenburgica propter obitum præfatae
Principis nec minimum sibi Beneficium attribuere, multò minùs Do-
mum Palatino-Solisbacensem Jure impidre potest, quin, exstinctâ Li-
neâ Electorali Neoburgicâ, virtute Pactorum Domesticorum, & Cef-
sionum Jus Successionis habeat, atque realiter exerceat. (mm)

Præ-

ne Foeminas intelligere haud potest,
ut quoque sub Lit. (cc) pluribus di-
ximus.

(kk) Imò cùm Princeps Neoburgica-
Elisabetha Augusta nullum, ut often-
dimus, vel ex Privilegio Carolino,
vel ex transactio de Anno 1666.
in Julia & Montium Ducatus Jus
habuerit, ita nec Filia illius ad Suc-
cessionem in iisdem Ditionibus ha-
biles & qualificatae sunt.

(ll) Uti, quæ inter Domos, Palatino-
Neoburgicam Electoralem, & Palati-
no-Solisbacensem, ratione Successio-
nis acta sunt, Serenissimæ Domui
Regio-Prussica haud nocere pos-
sunt, ita quoque candem ratione
Successionis in Julia & Montium
Ducatus, Linæ Domūs Palatino-
Neoburgicæ Electoralis Masculinâ
exstinctâ, optimò Jure gaudere, satis
superque suprà demonstratum fuit.

(mm) Quia, ut ex Præcedentibus li-
quet, Domus Palatino-Neoburgica
nullò adhuc in Ditiones, à D. Joh.
Wilhelmo relicta, succedendi Jure
gaudet, atque Linea Neoburgico-
Electoralis Julia & Montium Duca-
tus non nisi vi Compositionis, in-
quam transactio de Anno 1666.
à Serenissima Domo Brandenburgica
admissa fuit, possidet, inde au-
tem tam ejus Linea Foeminae Prin-
cipes, quām Domūs Palatino-Solis-
bacensis excluſæ sunt, Pactaque in-
ter illam & Palatino-Electoralen
Domestica Serenissimæ Domui Re-
gio-Prussica haud præjudicare pos-
sunt, nullum Domus Palatino-Solis-
bacensis, Masculis Linea Neobur-
gicæ Electoralis exstinctis, in dictos
Ducatus succedendi Jus habebit,
minusque exercitum ejus reale sibi
arrogare poterit.

Prætensionem Domus Saxonicæ quod attinet, ejusdem exiguus ponderis fundamenta, quibus nititur (quippe solummodo in Exspectativa, dictæ Domui olim à quodam Imperatore in casum aperturæ concessa, consitit) peculiari quoddam Scripto demonstrabuntur; Interea, cùm casus iste aperturæ hucusque nunquam extiterit, (m) de ejusdem valore facile dijudicabitur.

Demum cùm super hac Successionis causa lis contestata, & haec tenuis indecisa coram Consilio Imperiali Aulico pendeat; ita Partes quoque interessatae ejusdem decisionem & exitum exspectare tenentur, neque ulli corundem viâ facti adversus Instrumentum Pacis Westphalicæ, & Constitutiones Imperii quidquam (oo) attentare licebit.


(m) Certè, cùm ex parte Serenissimæ Domus Regio-Prußica liquido furestrum demonstratum, Ditiones Clivo-Juliacens Feuda esse promiscua Successionis, Ius indè Feminis indicatas Regiones quæstum, neque per Exspectativam Serenissimæ Domui Saxonica concessionem, neque Johannis Friderici, Electoris Saxonie, & Sybillæ, Principis Clivensis, Paetis doctibus auferri potuit.

(oo) Ex illis, qua hactenùs ad succiniam hanc Deductionem breviter adnotavimus, ita potius concludendum erit: Quam nimirū Ditiones Clivæ, Julæ, Montium, Marca, Ravensbergæ & Ravensteinii vi promiscua & linealis Successionis, Jurisque Primogeniturae in illis obtinentis, post Ducis Johanniss Wilhelmi obitum, in ejus Sororis natu maximæ, Mariæ Eleonoræ, Filiam Annam, Johannis Sigismundi, Electoris Brangenburgici, Conjugem, summò non solum Jure devolutas sint, sed & Serenissima Domus Brandenburgica sola illarum Possessionem legitimè apprehenderit, injuria vero temporum postea coacta, Serenissimam Domum Palacino - Neo-

burgicæ, nunc Electoralis, Descendentes solum Masculos transactione de Anno 1666. in Compositionem Ducatum Julie & Montium receperit, suâ sponte, atque evidenter, inde sequitur, quod, Masculis illius Domus Descendentibus extinctis, causa Successionis Clivo-Juliacensis ad statum Anni 1609. quod cepit, redigatur, atque Possessione dictorum Ducatum ad solam rursum Domum Regio-Prußicam redditura sit, ejusque retinenda causa, Domus illa omni Jure & Modo contendere, sibi que prospicere possit; Domus vero Palatino-Solisbaceus, ceterique Competitores Jure in Peitorio experiri tenentur, idque eā quidem viâ, quam arduæ hujus causæ, inter Imperii Princes vertentis, indoles ex antiquissimis Regni Germanici usu exposuit, neque ulli corundem viâ facti adversus Instrumentum Pacis Westphalicæ, & Constitutiones Imperii quidquam attentare, atque Serenissimam Domum Regio-Prußicam in retentione ac tutione Possessionis dictorum Ducatum curbare licebit,

170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000

TABULA GENEALOGICA
 Unitarum, per Successiones Foeminarum, carumque matrimonia, Regionum
 Cliviæ, Juliæ, Montium, Marcæ, Ravensbergæ & Ravenstein.



No. 3268° PK





Vc
3268^a

F.K. 34

I N
**SUCCINCTA M
DEDUCTIONEM**
JURIUM SUCCESSIONIS,
SERENISSIMÆ DOMUI, AC STIRPI
PALATINÆ NEOBURGICO-
SOLISBACENSI

I N

DUCATUS
JULIÆ, CLIVIÆ ET MONTIUM,
Comitatus Marchiæ & Ravensbergæ,

Nec non

Dominium Ravenstein, cæterasque eorundem apperti-
nentias, ac dependentias absque legitima contradicione
competentium,

Manhemii nuper editam,
BREVES ANIMADVERSIONES,

Quibus

Ista Deductio non solum solidè refutatur,
Sed &

Jus Successionis, tam in universas Ditiones
commemoratas post JOHANNIS WILHELDI, ultimi
Principis illarum, absque prole A. MDCIX. defuncti, obitum, quam
in Juliae & Montium Ducatus, Dominiumque Ravenstein, Masculâ
Serenissimæ Domus Palatino - Neoburgicæ Electoralis

Stirpe exstinctâ,

SERENISSIMÆ ac POTENTISSIMÆ
DOMUI REGIÆ PRUSSICÆ

Adseritur

^a
JUSTO CHRISTOPHORO DITHMARI,
Juris Nat. & Gent. & Histor. Prof. Publ. Ord.

Francofurti ad Viadrum apud Job. Godofr. Conradi, 1733.

